

De resurrectione domini

Pro terminis nota. singularis est nomē adiectiuū deriuatum a nomine singulari. vnde dicunt quidam q̄ singuli singulorum sit pluralis numeri huius nominis vnus. hoc videtur tamen esse falsum. quia vno dicit vna quaq̄ res mundi vna et non extendit se ad plura. imo singul⁹ solū reperitur in singulari. vt patet in predicamentis per p̄hm vbi dicit singulū eoz aut significat substantiam et. singulum. id est quodlibet. Sed potius ē nomen quarte declinationis.

I Audes saluatori voce modulemur supplici

Et deuotis melodijs celesti dño iubilemus messie.

Qui seipsum exinaniuit vt nos perditos liberaret homines

Carne gloriā deitatis occultens

¶ Ista sequentia cantari solet in die sancto pasche. Et potest diuidi in quatuor. nam primo auroz incitat nos ad reddendum deo laudes et subiungit penas quas xp̄s passus est in hoc mūdo. Secūdo ostendit quedā miracula per ipsum facta in hoc mūdo ibi. sed tamen inter hec et. Tertio subiungit q̄ non obstantibus miraculis comprehensus est et passus. ibi Post hec mira miracula. Quarto quomodo a morte surrexit et per consequens quō nos illo die gaudere debemus. ibi. fauent igitur et. dices primo Nos xp̄iani (modulemur). i. decātemus (saluatori) id est creatori nostro (laudes) id est reuerentias condignas (supplici voce) id est deuotis orationibz (Et) id est etiā (iubilemus) id est iubilare debem⁹ (celesti domino messie). i. xp̄o. qui interpretatur messias (deuotis melodijs) id est dulcibus canonicis (qui) scz christus (exinaniuit) id est humiliavit (seipsum) scz in corpore humano (vt) id est quaten⁹ (liberaret) id est redimeret (nos perditos) id est damnatos (homines) id est peccatores (occultens). i. abscondens (gloriā) id est magnificentiam (deitatis) id est sue diuinitatis (carne) id est in corpore humano.

¶ Pannis tegitur in presepi. miserans precepti transgressorem pulsum patria paradysi nudulum. Joseph marie symeon ni subditur. Circūciditur et legali hostia mundatur vt peccator nostra qui solet relaxare crimina.

¶ Et xp̄s (tegitur). i. inuoluitur (in presepi) scilicet positus (pannis) s^e modicis (miserans) id est miseratus est (precepti) id est mandati (transgressorem) scz Adam (pulum) id est eiectū (nudulum) id est nudo corpore (patria paradysi) id est de regno celesti subditur ioseph illi viro (marie) id est matri eius (symeon) illi. pphete (circūcidit) id est parietur circūcisionem (et mundatur) id est ad mundādū ducitur (legali hostia) id est oblatione consueta (vt) id est sicut (peccator) scz alius (qui solet relaxare) id est dimittere (nostra crimina) id est peccata.

¶ Serui subijt manus baptizando et perfert fraudes tentato